a 30

ibi supernorum ciuium societas sca. ibi solempnitas certa.
ibi requies secura. ibiq; pax uera quae nobis iam non relinq;
tur. sed datur; per dnm nrm ihm xpm qui uiuit & reg
nat cum patre et in unitate sps sci per omnia saecula
saeculorum amen;

Lectio sci euangelii secundum lucam;

In illo temp dixit ihs turbis similitudinem hanc. Arborem
fici habebat quidam plantatam in uineam suam. & uenit
quaerens fructum in illa. & non inuenit, Dixit autem ad
cultorem uineae; Ecce anni tres sunt ex quo uenio quaerens
fructum in ficulnea hac & non inuenio. Succide ergo illam.
ut quid & iam terram occupat; at ille respondens dixit illi.
Dne dimitte illam & hoc anno usq; dum fodeam circa illam
& mittam cophinum stercoris. & siquidem fecerit fructum.
sin autem in futuro succides eam; Erat autem docens in sina
gogae eorum sabbatis; & ecce mulier quae habebat spm in
firmitatis annis xviii. & erat inclinata nec omnino poterat
sursum respicere. quam cum uidisset ihs uocauit ad se & ait illi.
mulier dimissa es ab infirmitate tua; & inposuit illi manus.
& confestim erecta est. & glorificabat dm.,

Arbor diriuatiue spe
tie ab herba. quia cum
primum nascitur similis e
herbe

Omelia lectionis eiusdem habita ad populum
in basilica beati laurentii martiris.

Dns & redemptor noster per euuangelium suum aliquan
do uerbis loquitur. aliquando rebus. aliquando aliud
uerbis. atque aliud rebus; aliquando autem hoc uerbis
quod rebus; duas & enim res ex euangelio frs audistis. ficulne
am infructuosam. & mulierem curuam. & utriq; rei est pietas in
pensa. illud autem dixit p similitudinem. istud egit p exhibitionem;
Sed hoc significat ficulnea infructuosa quod mulier inclinata.

Redemptor nr surrexit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0079